

## PROBLEMA CLXXXIV.

I.  VR tertio, & nouissimo puto effuso cessavit iurgium? An quia Deus post Gen. 16. tertiam victoriam prestatre solet perpetuam requiem, & triumphum? Sic post tertiam pugnam, & victoriam Imperator noster Christus quietus, & triumphans, dixit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sic debellatis hostibus inferni, tertia die surrexit in gloria, & pace. Sic Paulus post triplicem victoriam per triplicem orationem impetratam, quieuit securus dicēs: Propter quod ter Dominum rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. An quia diabolus, qui leo rugiens dicitur, Pardi naturam imitatur, qui si tertio saltu non capit, ab inuisione cessat?

2. <sup>2. Cor. 12.</sup> <sup>1. Petri.</sup>

CENSORES Hispani deleri iubent ea quæ post illud, esse puto ab Izahac? usque ad An quia robustiores, exclusi; idque recte, cùm istud symbolum cum Izahac Aquilonari sit omnino stultum; & fictitium: cætera cœtè intellecta tolerari possunt: canales autem influxuum bonorum

dici possunt animæ facultates, quibus operamur, atque diuinis inspirationibus cooperamur; nec enim id ad canales Rabinorum fictitiis reuocari debet. Circa 184. problema sensus tropologicus Hugonis cardinalis videatur.

## PROBLEMA CLXXXV.

I.  PROPTER quod rubeum pulmentum, vel propter quam lenticulam Hesau primogenituram vendidit Izahac? An pulmentum erat legumen decatum à Izahac? Sed vnde tanta esurie Hesau in ditissima domo Izahac? An Izahac coquus effectus erat? An igitur (vt mysteria referemus) primogenitura erat ante legem authoritas sacrificandi, aut ius benedictionis accipiebā a patre, aut prælatura aliqua in fratres (quod innuitur in textu, vbi Izahac benedictio datur) quam Hesau homo animalis esset minori, & spirituali propter rubeum pulmentum, idest propter oblectamentum carnis, & sanguinis; nam caro, & sanguis 1. Cor. 15. (teste Apostolo) regnum, & verum Dei cultum possidere nequeunt.

2. <sup>Ibid. 17.</sup>

3. <sup>1. Cor. 15.</sup>

*Verificatio 29. & deinceps usque ad finem cap. 25.*

## PROBLEMA CLXXXVI.

I.  VOMODO Izahac tantum profecit, & adeo locupleratus est ex centuplicata hordei messe? Nonne miratur hic Hieronymus quo pacto ex centuplicata hordei seminati collectione tam diues effectus fuerit Izahac? Sed mirenius hanc, qui litera corticem sequuntur. Nam aliud tendit negotiorum, quam praefecit occidens litera. An igitur quia (vt secretiores Theologii docent) hordeum aquilonare est, & ad iustitiam duram pertinens, vnde venit ipse Izahac? Vnde sicut Abraham proficisciatur ad Meridiem, & ibi (sub metaphora) dicitur fixisse tentoria. Sic etiam Izahac (per aliam tamen metaphoram) dicitur profecisse ad Aquilonem, per hordeum videlicet aquilonare. Seminavit autem iuxta illud Apostoli: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hordeum vero præcepta severæ iustitiae significat. Centupla autem fuit messis, iuxta dictum Saluatoris, Centuplum accipiet. מִן שְׁהָרִים vero cum hordea, & mensuras significet; hinc nunc centum hordea, nunc centum mensuras interpretatisimus.

2. <sup>Gen. 16.</sup>

*Mos Iudeorum in morte aliquius.*

CERTVM est lenticulam, de qua problem. 185. querit, ita coetam fuisse, vt ad cibum gravissima videretur, singunt autem Hebrei apud Tostianum hac die mortuum fuisse Abraham; vnde Iudei cum aliquis moritur, in die mortis in illa domo lenticulas in cibum parant. Athenaeus 4. Deipnosoph. c. 17. inter ea, quæ ad pardum insculptum pulvaceum seruiunt, numerat aracum, lenticulam, & qua φασι fit, nimis lenticula, pulmentaccus cibus: tametsi pulmentum pro quounque cibo sumatur, vt Ioh. 21. nunquid pulmentarium habetis? Græci Interpres habent ιψης φασι; tex-

tus Hebraicus זְרַעַם adam, quod bis repetitur. rufum, rufum; forte quia cum lenticulae ha. Egyptiæ essent, vt ait D. Augustin. in Psal. 46. mixta fuerant aliqua grana coriandri, vt Zeno iubebat: sic apud nos iam est insu, vt iuscula croco tingantur. Hebrei vero, vbi nos habemus petitionem Esau, *דָמֵי*, legunt בְּנֵי הַלְּחִתֶּן idest, obtege me, obrue me, imple me, quod nimiam auditem, & gulam ostendit, nam à radice *רַעַם* hanc deducitur, idest, obruit. Causaverò cur Esau cibum illum tam audiē reuireret, est famæ, qua premebatur, sic enim qui totum diem in venatione insumpserunt,

וְלֹא

לְרַעַם  
לְרַעַם

לְרַעַם